



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

4. An per lubilæum sit ubique eligibilis in Confessarium sæcularis, vel regularis approbatus tantum limitatè ad parvum oppidum, vel quoad personas? Et quid, si ex defectu scientiæ sit approbatus pro ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76369)

galle Parochium in nonnullis casibus, ut si nimium
in fatigatus in Hebdomada sancta, vel tempore lu-
bilis, in quo concursum plures confessiones, appro-
bante Sacerdotem doctum, si non sit facilis recursus ad
Episcopum longe distantem. Et ita hanc sententiam
dico, olim duo lumina inelytae Salmanticensis
Academie, Mancius, & Gallus, quos citat & sequi-
tur Henrique libro 6. capite 6. numero 2. in glossa
F. & G. rationes autem pro hac firmanda sen-
tentia recognoscenda sunt penes de la Cruz vbi
supra.

1. Notandum est unum hic obiter, & perpetuū
mentem tenendum, post parochium suis subditis' licen-
tia prebere vt confiteantur cum Sacerdote appro-
bato ab Episcopo alterius diecesis, seclusa prohibi-
tione proprii Ordinarii, & ideo hac seclusa, qua ta-
men adhuc in nostra Synodo, potest Parochus Panormi-
tans exponere ad confessiones audiendas in sua Paro-
chia Sacerdotem Messanensem, v. g. approbatum ab
Archiepiscopo Messanensi, vel ab alio Antistite. Ita
Egidius Trullenich in Bulla Cruci. lib. 1. §. 7. dub. 3.
etiam, & alii, quos ego alibi citavi, quia talis Sacer-
dotus ab aliquo Ordinario approbatus est capax iuri-
dictions delegata, & ex alia parte Parochi, habet in-
tegrum ius suum, qui ex parte ipsius Parochi per Tri-
denatum non est limitatum: sicut ergo ante Tridentino
poterat Parochus vices suas cuicunque Sacer-
doti ab eo, cuicunque diecesis esset, committere,
et nunc poterit cuicunque Sacerdoti cuicunque
Diecesis, approbatu tamen ab Ordinario, committe-
re, vel filio Parochi licentiam concedere, vt cum tali
approbato confiteri possit. Vnde cum facultas haec à
Parochiis à iure illis maneat, solumque ex parte per-
sonae cui conceditur à Tridentino, si modificala, ni-
mum quod sit ab Ordinario approbata, & Concilium
absolute & simpliciter sine restrictione aliqua loqua-
tur, poterit Parochus cuilibet approbatu cuicunque
Diecesis sit facultatem concedere vt suorum sub-
ditorum confessiones excipiat, ergo, &c.

RESOL. V.

An Religiosus ab Episcopo approbatus sit eligibilis per
Iubileum, etiam si a suo Superiori & Pralato per sen-
tentiam priuam sit, ne confessiones secularium au-
ditat?

Et an sit probabile, etiam sine Bulla, validè posse pra-
dictum Religiosum secularium confessiones audire, cir-
cute approbationis, & iurisdictionis ab Ordinario con-
cessa; etiam si legitime non fuerit Ordinario presen-
tatus, & per suum Superiorum per sententiam prohibi-
tus? Ex p. tr. 12. Ref. 50. alias 49.

§. 1. **N** Egatius respondet Iudea la Cruz de statu Re-
lig. lib. 2. cap. 6. dub. 2. Rodriguez in addit. ad
Bull. Cruci. §. 9 num. 7. & 8. & in qq. regular. tom. 1. q. 60.
art. 2. cum aliis. Verum nouissime loquens de Bulla,
quod idem est de Iubilao, contrariam sententiam do-
cet Trullenich in Bulla Cruci. lib. 1. §. 7. dub. 6. num. 7.
vbi sic ait: Existimo Confessores regulares ab Ordinario
approbatos quadam secularies, sive per senten-
tiam, sive per simplex mandatum a suis Superioribus
prohibeantur, ne secularium confessiones audiant,
posse per Bullam validè eligi. Imò teneo probabile
esse, etiam sine Bulla validè posse secularium confessio-
nes audire virtute approbationis & iurisdictionis
ab Ordinario concessæ, etiam si legitime non fuerit
Ordinario presentatus, & per suum Superiorum per
sententiam prohibitus. Duxor, quia sunt vere ap-
probatis, ut supponimus, & retinente adhuc iurisdictionem
in secularies, quod probatur primò, quia iurisdi-
ctio non promanat a Pralato, sed ab Episcopo, &
consensus Pralati non est conditio necessaria, vt con-
fessio validè, sed tantum vt licite sit. Secundò, quia
Sylvester & Sotus supracitati tantum dicunt sic pro-
hibitos peccare, & non posse audire confessiones secu-
larium, non autem affirmant confessiones esse inua-
liditas. Tertiò probatur, cum habeant hanc approba-
tionem secundum iuris communis dispositionem à Tri-
dentino sess. 23. cap. 15. non est dicendum Regularium
Pralatos habere circa illam potestatem, nisi a iure, vel
ex priuilegio eam habeant; at non constat eam habere
ex iure, neque ex priuilegio, aut motu proprio.
Nam Constitutio Iuli 111. data Romæ die 17. Janu-
ary, anno 1555. quam citat Rodriguez, & Constitutio
Gregor. XII. die 3. Maij, anno 1575. solam volunt
ne iurisdictionem, quam Pralati Regularium habent, &
possunt conferre in suos subditos, in eos deriuetur
ab illo ipsorum Pralatorum licentia, non tamen dat
facultatem vt possint approbatos ab Ordinario repro-
bare, & ab eis iurisdictionem, quam erga secularies
habent, auferre, & quamvis hoc sit declaratum à
Greg. XIII.

RESOL. IV.

An per Iubileum sit ubique eligibilis in Confessarium sa-
cularis, vel Regularis approbatus tantum limitate ad
parochiam vel quoad personas?

Epid. si ex defectu scientiae sit approbatus pro supradis-
tincto, & personis?

Item si dicendum, si eligatur per Cruciatam. Ex part. 5.
truct. 12. Ref. 49 alias 48.

DE hac quæstiōne ego egi loquens de Bulla
Cruci. in 1. p. tract. 11. * refol. 10. cum multis
ibid. quibus num. addo. Egidius Trullenich in Bulla
Cruci. lib. 1. §. 7. dub. 2. Ludouicum de la Cruz in Bulla
Cruci. dispn. 1. cap. 2. dub. 9. & Angelum Bossium de
Iubileio. cap. 2. §. 10. vbi num. 245. iuncto num. 23. 8.
admitit absolute tanquam probabilem affirmatiuam
sententiam circa presentem quæstiōnem, quia verum
est dicere talēm Sacerdotem esse approbatum ab Ordinario,
iuxta formam Concilij in d. cap. 15. sess. 23. vbi
non exprimit necessarium esse, quod Sacerdos ut sit
idoneus & eligibilis, sit approbatus absolute absque
vita limitatione, sed tantum requirit, quod sit appro-
batum ab eodem Episcopo, seu Ordinario, ergo vt præ-
dicto modo possit eligi, sufficit etiam quod sit appro-
batus pro tali, vel talibus personis, versam enim in
materei favorabili, ac proinde facienda est latior inter-
pretatio seruita verborum proprietate.

2. Sed contraria sententia est probabilior. Dico igit-
ur quod qui ex defectu scientiae sunt approbati in